

*De Supplicationibus veterum*

II c  
1432

J. N. J. C. C.

ut



mittit, semidigitus auditorius superius, quod in illis  
in deinceps, et in aliis, & in aliis, & in aliis, & in aliis, &  
est in aliis, & in aliis, & in aliis, & in aliis, & in aliis,  
illiusque arteria dextra, qui est in aliis, & in aliis, &  
in aliis, & in aliis, & in aliis, & in aliis, & in aliis,

**V I R I**  
**Summe plurimumque Reveren-**  
**di, Excellentissimi, Nobilissimi, Consultissimi, Ex-**  
**perientissimi, Clarissimi, Doctissimique**

**DOMINI INSPECTORES**  
AC

**RELIQVI FAUTORES**

**SUPPLICA-**  
**TIONI,**

Quam, ob ditionem adversariorum,  
pridie Calend. Augusti, in Acro-  
terio majori, hora nona matutina auditá,

*Schola pie celebrabit,*

benevole interesse velint,

suppliciter ac demissa

rogat

**M. DANIEL MÜLLERUS,**

*Rect. Schol. Chemn.*

Chemnicii, typis Stöffelianis,

A. MDCC XIII.





Applicationis vocem simul atque auribus percipimus, statim precationem humillimis vel verbis & gestibus, vel literis, ab indigis auxili hominibus, gratia consequenda causa, factam nobis imaginatur. De qua si agere jam animo federet, amplissimus scribendi campus nobis aperiretur. Exponendi enim fore ritus varius supplicantum, quippe qui eis, cui supplices se advolvabant, modo mentum vel medium barbam, modo dextram, modo, aversa praecepit facie & recondita dextra, genua contingebant, modo alius & iis quidem memoratu dignissimis, ceremoniis utebantur; quas minus ignorare cupit, Joh. Jacobum Hoffmannum (a), Rhodiginum (b), Jacobum Pontanum (c), Alexandrum ab Alexandre (d) & alios Scriptores bona nota audeat. Ad aliam paullo Patrones ac Fautores convocamus supplicationem, que uti interdum omne rem divinam faciendo studium, omnemque Dei cultum (e) denotat: ita nobis hoc loco accipitur, quatenus erat olim (siceat Petri Tassini (f)) retinere verba publica populi & moderatorum Reipublicae solennisque profectione ad Deorum, quos illi colebant, tempora, vel ad gratias agendas, aut nova beneficia postulanda vel tui Reipublicae vel privato. Carolum Sigonium (g) si audimus, supplicatio fuit honor, qui uno cum Imperatoris nomine Praesidi decernebatur viatori, nempe cum Senatus populo Deorum Tempa aperiri, ac gratias Dii, imperatoris nomine, agi jubebat. Scriptores Graeci supplicationem modo per λατρείαν (a) λατρέω supplico vel supplices oro modo per ιερείαν, i.e. diem festum, modo per θυσίαν i.e. sacrificium, modo per τὸν ἡμέραν τοῦ βούλου καὶ χοράδεων εργαζομένας, i.e. per sacrificia & festivas vacationes expulerunt, ut vir stupenda lectionis. Claudius Salmasius (h) observavit. Ex his perspicuum evadit, supplicationem fusse festum plerisque ἵραζεν, quod precibus & gratiis publice agendis transmissum. Unde felicissimus ille ex Gallis Latinorum & Gracorum Auctorum interpres N. Perrot, Sieur d' Ablancourt verba Julii Cæsaris, dies quindecim supplicatione decreta est, scite sic est elocutus: On ordonna quinze jours de prières & de processions publiques (i): nec male Germanicus interpres, tametsi in vertendo regn acu semper tetigisse non videatur, trapistit: Es wurde wegen dieser Victoria ein Dankfest 15. Tage lang gehalten. (k). Ritus in supplicatione quinam usi valuerint si disquerimus, supplicants accessis usos esse facibus, docet Orazius Ferrarius, Veteres, inquiens (l) in supplicationibus accessis facibus longa pompa Deorum tempa adire conseruerant, cuius instituti rationem à Cerere deduxerunt, que raptam Proserpinam accessis in Etna montis cervice tredis querens inferna loca peragravit. Ad hæc ibant per urbem pueri coronas gestantes, & hymnos Diis concinebant: quique duodecimum atatis annum superaverant, omnes coronati & frondes ex lauro vel oliva manu tenentes supplicabant, unde & ceu Auctor est Martinius (m) nomen σφαιροφοριας accepit supplicatio. Quas vestes homines indui tunc fuerint, facilis est conjectura; siquidem effusa illa, qua exultabant, lætitia, ut mulieres eximios cultus, viri prætextas atque amplissima ornamenta sumerent (n) jure suo exigerent. Cujus roi causa decreta fuerit supplicatio.

- a) In Lex Univers. Contin. T. II & III. p. 941, 942. b) in Lection. Antiqu. lib. 15. c. 18. p. 804. seqq. c) In Bellariis Atticis Tom. I. p. 266, 267. d) in diebus Genialibus Lib. II. c. 19. p. m. 86. e) quod probatissimum dedit Joh. Guilielmus Steckius Tom. II. Oper. p. 8. f) in Libro de anno Seculari & Iudicis Secularibus Romanis, cap. XV. Vid. Gravii Thef. Ant. Rom. Tom. VIII. p. 544. g) de antiquo Jure Provinciarum lib. 2. c. 7. Vid. Gravium l. c. T. II. p. 176. h) In Notis ad Spartiani Hadrianum. Vide Script. Hist. Aug. edit. Schrev. p. 57. i) dans la Traduction des Commentaires de Cesar p. 41. Confer p. 69. it. p. 157. k) im teutschen Julio Cæsare p. 75. l) de Veterum Lycernis Sepulchralibus, ab initio fere. m) in Lex. Etym. sub voce Supplicatio.
- n) Vid. Alex. ab Alex. in Dieb. Gen. L. V. c. 27. p. m. 31.

tio, ex dictis constare posse arbitramur. Edicebatur illa, quod Job, Gutherius ostendit (o) quandoque etiam cum lacrymis, in rebus adversis, aut ad placandos DEos, aut ad prodigia averruncanda (p) morbosque avertendos. Dicernebatnr etiam interdum boni omnis cauſa, ut nimirum, si quod bellum justum in exteris nationes indicetum, aut si pro aris fociisque pugnandum foret, ea res populo Romano sociisque ac nomini Latino bene feliciterque eveniret, utque bonis auspiciis ac diis bene juvantibus arma fumerent (q). In primis autem reportatam ab hoste externo victoriam, atque res propere gestas cauſam fuile supplicationis novimus; siquidem, Livio narrante, ob subactos Sammites (r), ob devictum Persea (s), ob obtutos ac contusos a P. Scipione hostes, ob victum cum exercitu Afrubalem, ob domitos adversarios alios, habitaesse supplications, & obsecrations circa pulvinaria factas, constat. Sic supplicationem DEis deberi putabant Romani, finitis feliciter bellis exteris. In bellis civilibus quanquam non facile locum habuerit, sine dubio, quod magna civium parte ad internecionem causa solemnia celebrari festa injustum crederent Romani; Cicero tamen eorum nomine, qui Antonium ad Mutinam devicerant, dierum quinquaginta supplicationem decretivit (e). Imo Ciceroni etiam honoris id genus, armis non sumptis, ob cives servatos, fuile concessum post repressam coniurationem Catilinariam, ex ipsis verbis satisclare dicimus (u). Et hac supplicationis genera fortasse non iusta; deinde, ut fieri amat, re non mala insolenter & immodice abuti ccepit adulatio, quando nimirum ob carmina a Nerone recitata Senatus indixit supplicationem: ad quem abusum non imerito referas illam, que pro Antonini nomine, Diadumeno, Opili Ma- crini filio, indico, testante Aelio Lampridio (x) decreta est supplicatio. Non alienum a proposito erit, brevibus monere, illorum Deorum honoribus supplicationem fuile institutam, quorum ope impetratam credebant victoriam, Jovis nimirum, Aesculapii, Cereris, Liberi, Herculis, Fortunae, & interdum omnium Deorum, uti passim ex Livio atque aliis Scriptoribus cognoscimus. Initio in unum diem decreta, post in biduum, in triduum, quadrivuum (y), Mithridatico bello a Pompejo confecto in duodecim, superatis a Cæsare Gallis, in quindecim primo, deinde in viginti dies (z); tandem ad quinquaginta usque dies fuit ascensum, ad homines magis, quam Deos honor percolendos. Eleganter enim Cice-ro noster ait: *Res publice satis erat tot dierum supplicatio, quo C. Mario: Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, que ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus (aa).* Excidisset ferè nobis ista disquistio, abs quo supplicatio fuerit indicta. Ubi quidem non displicant, quæ Jacobus Gutherius habet, dum, supplications inquit (bb), ex Pontificium decreto plerunque fiebant, quas aliquando edixerunt Quindecimviri, sèpius Senatus. Neque hic coactus primum, aut multis sollicitationibus permotus id fecisse censemus; sed sponte potius ad pietatem Diis approbadam, & viatores honore, quó digni, mactandos. Nam facile, qui non cœcutit, videt, præter expectatio-nem Juventio Thalna hunc honorem obtigisse, qui, receptis literis decretas ei a Senatu supplications nunciantibus, intento illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapsus, mortuus humi jacuit, quibus verbis Valerius Maximus addit (cc) hunc nimio gaudio eneclum, quod majus ex insperato ac oblato, quam anxie deside-rato honore existere consvevit. Postquam verò modestia laudem animis abstulerat ambitio, adeò gloria cupiditate dissimulare non poterant, qui in prælio quodam superiores discesserant, ut missis tabellis laureatis supplicationem ipsimet efflagitarent a Senatu. Quorum voluntati quemadmodum serviebat nonnunquam: ita nonnullis etiam, se precum repulsam tulisse, conquerendum erat. Id quod

(o) In Grævii Thes. Ant. Rom. Tom. V. p. 208. p) Vide Livium lib. X, c. 23.

(q) Alex. ab Alex. L.c. r) Vide Livium Lib. X, c. 2. J) Liv. lib. XLV. c. 2.

(s) Orat. Philipp. XIV. Tom. III. Orat. edit. Freig. p. 664. u) Orat. III. Catilin. c. 6.

(x) in Antonino Diadumeno cap 3. Vide Script. Hist. Aug. p. 449. y) Exempla passim Li-vius habet. z) Cæs. lib. II. de B. G. c. ult. ic. lib. IV. de B. G. c. ult.

(aa) in Orat. de Provinciis Consularibus, Vol. III. Or. p. 185.

quod Gabinio, homini sceleribus & flagitis contaminatissimo accidit, quod Senatus statueret, nolle Deos immortales aperiri sua templi, & sibi supplicari hominis impunitissimi & sceleratissimi nomine (dd). Plura de Gentilium supplicationibus, quas & supplicia dixerat [sic Sallustius ait (ee), Senatum ob feliciter acta diis immortalibus supplicia decrevisse] congeri faciliter opera possent; verum ad meliorum jam nobis properandum supplicationem. Indixit enim Clementissimus Rex atque Elector noster terris suis Saxoniciis ob res contra Svecos, qui hasta abjecta se viatos fassli sunt, in Ducatu Slesvicensi prosperè gestas, simulque praecepit, ut omnes harum regionum incolæ ad tempora confluerent, & Deo vero, non fictitiis illis, pro averto à cervicibus nostris periculo & victoria condonata, gratias agerent devotissimas. Quæ imperata postquam pie prompteque facere studuit ecclesia, schola quoque intra suos parientes Deo supplicare concupiscit. Hinc iis, qui ad dicendum surgent, dicendi enata materia, Scilicet ante omnia

### Prologus Joh. Godofredus Andrichius, Lug. Lulatus

brevi Launo sermone Auditorum benevolentiam dicturis conciliabit. Deinde

### I. Gottlieb Mullerus, Zichop. Misn.

Oratione græca, nomine Holstæ, lamentabitur de damnis belli, ejusque finem optabit.

### II. Godofredus Jaspis, Chemn.

nomine Ducus Svecici dissuadebit actionem exercitus, oratione Latina.

### III. Adamus Franckius, Chemn.

Steinbockii nomine, deditioem exercitus suadebit, Oratione itidem Latina.

### IV. Joh. Heinricus Sachsius, Chemn.

nomine docti Holstæ, Danorum partibus addicti, Carmine Germanico in causas deditiois Suecica inquiret.

### V. Joh. Christopherus Steinmüllerus, Chemn.

nomine Electoratus Saxonici, quantum sibi hæc deditio conducat, agnoscat, Deoque humillimas gratias aget.

### VI. Gotthulfi Meischnerus, Stolberg. Misn.

ut incola fidelis Electoratus Saxonici Potentissimum Regem nostrum, quod sollemnem supplicationem ordinaverit, Or. Lat. laudabit.

### VII. Joh. Samuel Pfennigius, Wittenberg. Sax.


nomine omnium piorum & patriæ amantium pacem plenam atque firmam a Deo orabit, Carmine Latino Tandem

### Epilogus Joh. Valerianus Bruno, Chemn.

Auditoribus pro benevolentia praestita Latinè gratias persolvet.

Vos autem, Patroni ac Fautores oro, vobis supplico, ut supplicationem Scholæ præsentia Vestra decorare atque approbare ne dedignemini: pro qua benignitate Vobis, quod debemus, pro virili referre nunquam sumus cessaturi.

bb) Libro I. de Vetere Jure Pontificio urbis Romæ c. 45. in Gravii Thef. Ant. T. V. p. 71.  
cc) Lib. IX. c. 12. p. 821. edit. Thyl. dd) Hancke & alias denegationis causas allegat Cicerio in Orat. de Provinc. Coni. p. 179. ee) De bello Iugurth. c. 55.



II c  
1432

J. N. J. C. C.

UT

## V I R I

Summe plurimumque Reverendi, Excellentissimi, Nobilissimi, Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi, Doctissimique

## DOMINI INSPECTORES

AC

## IQVI FAUTORES

APPLICA-  
TIONI,

ob dditionem adverfiorum,  
Calend. Augufti, in Acro-

matori, hora nona matutina auditâ,

*Chola pie celebrabit,*

benevole interefle velint,  
suppliciter ac demiffe

rogat

DANIEL MÜLLERUS,

Reß. Schol. Chemn.

Chemnicii, typis Stöffelianis,

A. MDCC XIII.



Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow

Black Magenta White 3/Color

B.I.G.

Black

